

Pro *הַדְבָּרָה Hebr. Vulg.* LXX 1 Par. 11, 32 דְּבָרָה. De Iosue dicitur Ios. 24, 30; Ind. 2, 9: « Sepelireruntque eum in finibus possessionis suae in Thamnath Sare, quae est sita in monte Ephraim, a septemtrionali parte montis Gaas ». Iam V. Guérin 1863 reperit sepulcrum Iosue in colle, ubi vicus Deir-ed-Dham, opposito reliquis urbis Khlbet-Tibneh. Cf. Vigouroux : La bible et les découvertes modernes, 3<sup>e</sup> éd., t. III, p. 195.

v. 31 « *Abialbon Arbaithites* », i. e. ex Beth Araba Ios. 13, 61; 18, 22, quae, ut comparatione Ios. 15, 6 et 18, 18 patet, etiam Araha vocabatur. Erat ea urbs in finibus Iuda et Benjaminis sita. Abialbon apud LXX vocatur 'Αρβάν (proprie Γαζεύης), sed Γαζ non est nisi praecedens Gaas repetitum), item apud omnes 1 Par. 11, 32; unde comicit Wellh., nomen primitus fuisse Abibaal, quod hinc per metathesin evaserit Abialbon, illine per nominis divini mutationem Abiel. « *Aznaveth de Beromis* ». Hic בֶּרֶם, 1 Par. 11, 33 ; חֲרֹבִים ; Syr. h. l. יְמִין, qui secus Bahurim vocat בְּתֵי חֲרֹבִים, cf. 3, 16; 16, 3; rursum 3, 16 legunt LXX Βαραΐη. Hinc iam inferebat Malv. legi oportere h. l. Bahurim tribus Beniamini. v. 32 « *Elaiba de Salaboni* », fortasse Selahon סֵלָהָן, Ios. 19, 42, urbs tribus Dan prope Beniamini. « *Filius Iassen, Jonathan* ». v. 33 « *Semma de Orori* ». Textus restituendus ex 1 Par. 11, 33: « Benihassem Gezonites. Jonathan, filius Sage, Arorites ». Semma videtur corruptum ex Sage, idque eo facilius fieri potuit, quod v. 11, 23, duo Semma Aroritae fuerint recensiti. Vel etiam dicas cum Wellh., eundem esse Sage qui v. 11 Age, atque in patris locum nomen filii Semma subintrasse. Gezon ignoratur. « *Ahiam, filius Sarar, Arorites* ». Pro Sarar 4 Par. 11, 34 Sachar, quod videtur confirmari 1 Par. 26, 4, si tamen Sachar ibi appellatus, filius Obededom levitiae, idem sit cum nostro Sachar vel Sarar. v. 34 « *Elipheleth, filius Aasbai, filii Machati* ». Avus nullibi secus in elenco recensetur. 1 Par. 11, 33 sq. habet: « Eliphail, filius Ur. Hepher Mecherathites ». מְכַרְתִּים utique corruptum esse potest ex גְּהַרְתִּים, cum 1 Par. habeatur forma mixta עֲמָחָתִים. Maachathites intelligitur vel oriundus ex regno Macha (10, 6), vel ex urbe Israelitica Abel Bethmaacha (20, 14). Cf. 4 Reg. 25, 23.

Cum ita h. l. ex uno Elipheleth fiant duo, Elipheleth sc. et Hepher, reapse nisi Semma v. 25 idem esse cum Semma v. 11 agnoscat, pro triginta septem v. 39 in nostro elenco habebuntur triginta octo heroes. Tamen identitas quaestio hinc necrum absolute solvit, cum non sit impossible, clausulam illam a non inspirato auctore post corruptum v. 34 fuisse introducant.

« *Eliam, filius Achitophel, Gelonites* », cf. 15, 12; corrupte 1 Par. 11, 36 « *Ahia Phelonites* », v. 35 « *Hesrai de Carmelo* », de Carmel civitate Iuda 1 Reg. 25, 2. « *Pharai de Arbi* ». Vulg. LXX ad 1 Par. 11, 37 mendose Naarai. Videtur intelligi Arab. Ios. 15, 52 in montanis Iuda.

v. 36 « *Igaal, filius Nathan, de Soba. Bonni de Gaddi* ». Pro Igaal 1 Par. 11, 38 Iobel, et pro filius, frater. Si genuina sit lectio *frater*, quod quidem definiri aegre potest, tum lectio de *Soba* (cf. 8, 3) certe est erronea, cum ille, qui frater praec patre recensetur, non possit esse nisi vir notissimus (cf. v. 18, 24 « *frater Ioab* »), ergo Nathan propheta, qui era Israelita, non Sobaita. LXX trahunt נָבָעַת ad sequentia, scribentes nomen viri Πέλασσονάρευς, et pro γιαλ legunt גַּיאָל; item 1 Par. 11, 38 omnes, legentes (amen סְבָאָל מְשָׁאָל) pro גַּיאָל Ergo : Igaal (vel Iobel), filius (vel frater) Nathan. Misba (vel Mibahar), filius Agarai (vel Agad-di). v. 37 « *Selec de Ammoni* », i. e. de filiis Ammon. « *Naharai Berothites, armiger Ioab, filii Sariae* », de Beroth Beniamin 4, 2. — v. 38 « *Ira Iethrites* », aliud, uti videtur, ab Ira Iairite 20, 26. « *Gareb et ipse Iethrites* ». Iether 1 Reg. 30, 27, prope fines meridionales tribus Iuda. v. 39 « *Urias Hethaeus. Omnes triginta septem* ».

Iam totum nostrum herorum elenchem quod attinet, adverte eum ita esse constructum, ut primo loco nomen herois scribatur, deinde nomen patris, inde nomen stirpis, tandem nomen loci originis; non utique pro singulis singula. Pro patre his frater ponitur (v. 18, 24 Ioab), fortasse etiam tertio (v. 36 Nathan), quoties se. frater clarus sibi nomen comparavit. — Ex triginta septem herobus quindecim certo oriundi sunt ex tribu Iuda, sex ex tribu Beniamin, duo ex Ephraim, unus ex Dan, unus ex Nephthali, alienigenae duo. Decem manent incerti: Leshaaon, Semma, Elica, Sibbochaa, Benihassem, Jonathan, Ahiam, Eliphelieh, Igaal, Mibahar; quorum tamen plerique supponendi sunt ad tribus Iuda et Beniamin pertinuisse. Ex his ergo tribubus derivabantur Gibborim plerique. — 1 Par. 11 nostro elenco sexdecim saltem nomina adduntur. Unde quare potest, quot nomina existent in antiquo documento, ex quo uterque elenches derivatus est. Probabilis triginta septem; in his enim, quae adduntur, nominibus non tam accurate, quam in prioribus, stirps vel locus originis describitur; posterius igitur illa nomina elencho adiecta esse videntur. Fortasse eorum virorum aliqui Salomonico potius, quam Davidico aeyo floruerunt.

#### 6) Populi census 2 Reg. 24, 1-25.

Arg. — Elatus animo David frustraque obnitente Ioab totum populum recenseri iubet. Quare Deus illi per Gad prophetam trium poenarum optionem dat. Quarum ille, quod Dei quam hominum manibus se credere mallet, pestem eligit. Plaga ipsam Hierosolymam iam attingente, misericordia Dominus et sacrificio in area Arcuana oblato placatur.

Intime haec quoque narratio cum Historia David connectitur. Exhibitetur sc. David eius neglectae fiduciae poemas ferens, cui tota domus eius a Deo aedificanda tamquam inconcuso fundamento erat superstruenda,

Alio omnino contextu eadem narratio 1 Par. 21 legitur : ibi quippe docemur, in loco, ubi apparuerit angelus, aedificatum esse postmodum templum. Verum id eventurum esse fortasse ignorabatur adhuc, quo tempore nostrum caput primum est conscriptum. Aliunde iam *Vatab.* et *Malv.* ex prima voce *et addidit* (i. e. et rursus iratus est) et ex verbis, quae tam hic quam 21,14 narrationem claudunt : *et repropositus est Dominus terrae*, perspexerunt, nostram narrationem primitus intime fuisse connexam cum altera de clade Israeli ob iniuriam Gabonitarum inficta. Quibus verbis *Et addidit furor Domini* apte 1 Par. 21, 1 haec substituuntur : « *Consortexit autem Satan contra Israel* », quin cum quibusdam, quorum meminit *S. Hier.* in Eph. 2, 3 et quibus accedunt *Abul.* et *Sanct.*, asserere oporteat, furorem Domini h. l. intelligi ipsum satanam. Verba mutavit 1 Par., quia, cum omittaret primum furoris exemplum, non poterat incipere verbis « *et addidit furor Domini* ». Ab effectu recte asseritur furor Domini in aliquem exardescere, quando is tentationi exponitur, quam de facto non superat. Nostre illa verba retinuit, primum quod eam narrationem tantum per modum fragmenti suaec narrationi addebet, dein quod generatum ab inspiratis, quae adhibebat, documentis mutandis, religiose abstineret, cf. 1 Reg. 7, 13 sqq.; 17, 53 sqq.

*Cap. XXIV v. 1* « *Et addidit furor Domini irasci contra Israel, commovitque David in eis dicentem : Vade, numera Israel et Iudam.* » Clarius : *Commovitque David in eos, dicens (LXX Syr.)*; subiectum grammaticale est *furor Domini*, qui re idem utique est cum ipso Domino. 4 Par. « *ut numeraret Israel* », non quasi Dominus id iussicerit, secus enim non fuisset peccatum, sed quatenus Domino adscribitur id, quod eo permittente factum est (*Sanct.*). « *Est ergo perspicuum, permissionem eum vocasse mandatum, quoniam, cum posset prohibere, non prohibuit, volens per hoc castigare iniquos.* » (*Theodoret.*). v. 2 « *Dixitque rex ad Ioab, principem exercitus sui : Perambula omnes tribus Israel a Dan usque Bersabee, et numerate populum, ut sciām numerum eius* »; « *ut sciat quot et quantos ipse habeat subditos, quanto ex his apti sint, ut in milites conserbantur, indeque sciat suum robur, quot se. milites in aciem educere possit.* » (*Lap.*).

Cum 1 Par. legendum esse *ad Ioab et ad principes* suadetur ex v. 4 *obtinuit autem sermo eius prae pte.* (*Hebr.*), « *egressusque est Ioab et principes milium a facie regis, ut numerarent populum Israel.* » v. 5 « *Cumque pertransissent Iordanem, venerunt in Aroer ad dexteram urbis, quae est in valle Gad.* » Sequentem locorum enumerationem omissit 1 Par. et, post enuntiationem Ioabi egressum, illico subnectit verba v. 8 « *et reversus est Ierusalem.* » Sensus versusum clarus est universum. Describitur circuitus ducum per totam regionem Israel, et quidem per eius peripheriam, 1 Par. 27, 24 enim asseritur numeratio non esse completa, et 21, 6 Benjamin (et Levi) esse omissus, i. e. praeceps pars regionis centralis. Iter vero procedit ab Aroer transiordanico, quod erat in ripa fluminis Arnon, septentrionalem versus, et inde descendit secus litus Marii Mediterranei usque ad urbem maxime meridionalem terrae sanctae, Bersabee. Inde redditur Ierusalem, peragrata utique universa tribu Iuda.

v. 3 « *Dixitque Ioab regi : Adaugeat Dominus Deus tuus ad populum*

*tuum, quantus nunc est, iterumque centuplicet in conspectu domini mei regis : sed quid sibi dominus meus rex vult in re huiuscmodi?* » Quare concupiscit rem huiuscmodi, sc. ut numeretur populus? Non nihil differt 1 Par. : « *Nonne, domine mi rex, omnes servi tui sunt?* » nonne hoc sufficit? quid ultra opus est numerare? « *Quare hoc querit dominus meus? quare erit ipse in peccatum Israeli?* » Differentia orta est vel inde, quod, quibusdam originalis textus vocibus tempore auctoris 1 Par. oblitteratis, ipse alias sensu conformes substituerit, vel inde quod alteruter s. auctor voluerit textum liberius et non ad literam reprodugere, quod ipsi omnino licitum erat. — Refragatur autem loab, quod regis voluntatem ex ambitione profectam esse intelligent, censumque populo minus feliciter cesserum esse pertimescat.

Copulam in *נָכַרְתִּי* ignorantem cum 1 Par. *Vulg. Syr.*; qua retenta intricator evadit constructio. *Then.* : « *Non solum adaugeat Dominus... sed etiam videat dominus meus rex* », i. e. illud incrementum te superserpi obligeat. *Keil*, cui adhaeret *Clair* : « *(Si) lataris de aucto populi numero), adhuc augeat Deus populum.* » — *Quantus nunc est*: ita recte *Vulg.* redditi sic ut et sic sunt. Praeter *Vulg.* omnes, etiam 1 Par., copulam alio loco inserunt: *Augeat Dominus populum tuum, quantus nunc est, centum vicibus*, i. e. centuplicet eum, et oculi domini mei regis videant.

v. 4 « *Obtinuit autem sermo regis verba Ioab et principem exercitus*», i. e. *praevaluit sermo eius prae pte.* (*Hebr.*), « *egressusque est Ioab et principes milium a facie regis, ut numerarent populum Israel.* » v. 5 « *Cumque pertransissent Iordanem, venerunt in Aroer ad dexteram urbis, quae est in valle Gad.* » Sequentem locorum enumerationem omissit 1 Par. et, post enuntiationem Ioabi egressum, illico subnectit verba v. 8 « *et reversus est Ierusalem.* » Sensus versusum clarus est universum. Describitur circuitus ducum per totam regionem Israel, et quidem per eius peripheriam, 1 Par. 27, 24 enim asseritur numeratio non esse completa, et 21, 6 Benjamin (et Levi) esse omissus, i. e. praeceps pars regionis centralis. Iter vero procedit ab Aroer transiordanico, quod erat in ripa fluminis Arnon, septentrionalem versus, et inde descendit secus litus Marii Mediterranei usque ad urbem maxime meridionalem terrae sanctae, Bersabee. Inde redditur Ierusalem, peragrata utique universa tribu Iuda.

Singula quod attingit, reliquienda est interpretatione, qua *Vulg.* contra omnes transsumit *נָכַרְתִּי* ad v. 6; sequens verbum *transierunt* apud omnes copulam habet, et *נָ*, secus h. l. semper terminum itineris significans, non potest hic verti per. Rursum Aroer, urbs celebris, secns (*Deut.* 2, 35; 3, 12; 4, 48; *Ios.* 12, 2; 13, 9, 16; 4 *Reg.* 10, 33) semper describitur his verbis: « *Aroer, quae sita est super ripam torrentis Arnon.* » Eam nunc describi per verba: « *ad dexteram urbis, quae est in valle Gad,* perquam improbatum est; esset enim descriptio noti per ignotum, cum vallis Gad et urbs ibidem sita hoc unico loco nominetur. Ergo cum *Wellh.* trahimus *Gad* ad

sequentiam vocem : *venerunt... in Gad et usque Jazer*, Jazer quippe erat urbs fere in media tribu Gad sita, dum Aroer esset in tribu Ruben. Urbs vero cuiusdam Aroer Gad, ab Aroer Arnon distinctae, existentia ex Ios. 13, 23 et Ind. 11, 26, 33 non sufficienter probatur; et ea urbs, si existirerit, h. l. non intelligitur, agitur enim evidenter de circuitu incipiente a limite maxime meridionali transiordanico, et terminante in limite maxime meridionali cisjordanico; tandem, si circuitus inciperet in tribu Gad, non esset numerata tribus Ruben, cum I Par. 21, 6 solas tribus Levi et Benjamin excipiatur. Ergo ita vertendum est cum *Calm.* : *Et castra locaverunt (Hebr. LXX Chald.) in Aroer, ad dexteram huius urbis, quae est in media valle. Ioab cum numero comitate videtur in variis successive locis concesso, quo omnes late incolae ad profundum confluenter. Dexteram urbis intelligi, si oriente respicias, ergo meridiem urbis. Sensus aut est, concesso illis in parte meridionali ipsius urbis, in media valle; aut nonnihil ad meridiem urbis, in media valle, quo sc. facilior esset undeque accessus. Sequuntur deinde verba in *Gad et usque Jazer* directionem itineris indicant ab Aroer continuari, s. auctore iam prie oculis habente sequens verbum יְבָאֵי (Keil). Sed fatidum, totam constructionem planissimam reddi levia aliqua emendatione, בְּעִירַת בְּנֵי יִשְׂרָאֵל, a Wellh. proposito : *et venerunt (Vulg. Syr.) ab Aroer, parte australi civitatis, quae est in media valle, in Gad et usque Jazer*. 2 et 2 saepissime permutantur; 2 vero in omnibus nunc textibus legi, etiam inde esse potest, quod corruptio fuerit omnibus versionibus antiquior. Notant vero numeratores incepisse ab ipsa media valle, qua tribus Ruben a Moabitis separabatur, ut ostendatur, quam completa fuerit numeratio. — Obiicies, מִדְבָּר non significare *venerunt*, sed *concederunt* (*Hebr. LXX Chald.*) : *at venerunt certe habent (Vulg. Syr.)*, licet, quid legitur, non ita perspicuum sit.*

v. 6 « *Et per Iazer transierunt in Galaad, et in terram inferiorem Hodsi, et venerunt in Dan sylvestris* ». Secundum antea dicta *et usque Iazer* ad praecedentem versum remisso, vertendum : *Et venerunt in Galaad etc.*

*Hodsi* nomen est de reliquo ignotum, et sine dubio corruptum. Ex directione itineris haec terra quaerenda est inter Galaad et Dan Lais, quae in tribu Neptihali versus septentrionem est extrema. Basan habet *Arabs*, sed utrum ex emendatore manuscripto ex an conjectura, discernere non ausim. Pro חֶרְמָה, voce aenigmatica, quam *Vulg.* verit *inferiorem* et *Chald.* *australem*, *LXX Aler.* habet 'אַזְוֹן, legebat ergo חֶרְמָה, *in terram Hethaeorum*, quod optime quadrat. חֶרְמָה Wellh. transformata in שְׁמָה, *usque Cades*, quae emendatio non est spernenda, meliore deficiente. Intelligenda autem erit Cades tribus Neptihali Ios. 21, 32; Ind. 4, 6; 1 Mach. 11, 63; Tob. 1, 2 sec. LXX; non, quam praefert Wellh., Cades aliqua in insula Iuminis Orontis extracta, hand longe ab Hamata: recte enim monet Then., ex v. 2 describit numerum tribuum Israël a Dan usque Bersabee, non vero gentium a Davide subactarum Euphraten versus. Probabilius igitur vertex : *et venerunt in terram Hethaeorum, versus Cades*, — *Dan silvestris* intelligitur eadem. Dan, que v. 2. Sequitur *Vulg.* kerî יְמָן, et apte describitur haec Dan silvestris, in oppositione ad ipsam regionem tribus Dan, quae fero plana est. *Chald.* retinet *kethib* יְמָן, et haec lectio praeferenda: nam ex nummis Caesareae Philippi, quae hand longe a Dan Lais abebat atque in deserta urbis locum successerat, efficitur numini, quod in ea civitate colebatur, nomen fuisse Baal laan: ergo minime dubitandum, etiam urbi fuisse nomen Dan Iaan. Cf. W. Smith, *The book of Moses*, London 1868, I, 448 sqq.

« *Circumeuntesque* » — verbum in plurali legisse videntur aut certe interpretati sunt *Vulg.* *LXX* *Syr.* — « *iuxta Sidonem* », v. 7 « *transierunt prope moenia* », i. e. arcem, cf. Ios. 49, 29, « *Tyri, et omnem terram Heræ et Chananaei, veneruntque ad meridiem Iuda in Bersabee* », v. 8 « *et lustrata universa terra, affuerunt post novem menses et viginti dies in Ierusalem* ». Enumerationis ordo ostendit, per terram Hebreorum et Chananaeorum intelligi occidentalem terrae sanctæ plagam, quae alias Philisthas tribuitur. Eacgentes mixtim ibi habitabant, et Ioab eas recensuit urbes, quae prius ad eas gentes pertinuerant, nunc autem in Hebreorum erant potestate.

Sed iam quaeramus, *quale in ea numeratione Davidis peccatum fuerit*; nam fuisse peccatum colligunt ex Ioabi verbis dissidentibus, « quod in peccatum reputatur Israël » (I Par. 21, 3), ex regis v. 10 confessione « Peccavi valde in hoc facto » (cf. v. 17), ex divina punitione v. 12 sqq. — *Houb.* ex I Par. putat, ideo iratum fuisse Deum, quod David instigante satana peregerit numerationem. Sed adhuc quaerantur, quænam fuerit eius numerationis intrinseca malitia. Quodsi enim talis malitia non adfuisse, qui David percipere potuit, instigationem a satana esse profectam? — *Theodoret.* ceus, factam numerationem fuisse tantum *prætextum* poenae, quæ fuerit populo inflata ob alias rationes, uti ob secutum Absalom (?): at certe tam Ioab v. 3 quam David v. 10 peccatum in ipsa numeratione agnoscebant. Id quidem veri habet Theodoreti sententia, potuisse poemam infligi ob aliis *etiam* delicta a numeratione distincta. — *Aug.* (34. 612), cui assentetur *Sanct.*, putavit, numerationem populi instituti non fuisse, nisi Deo diserte inbente; ast eiusmodi restrictio nullibi in scriptura asseritur. — *Ios.*, *Est.*, *Tir.*, *Bonfr.*, *Sanct.* rationem peccati cernunt in neglecta a singulis, qui numerantur, dimidiis sicuti solutione, tabernacula tribundi Ex. 30, 12 sg. : «Quando tuleris summam filiorum Israel fuxa numerum, dabunt singuli pretium pro animabus suis Domino, et non erit plaga in eis, cum fuerit recensiti. Hoe autem dabit omnis, qui transit ad nomen, dimidiis sicuti iuxta mensuram templi». En poena neglectae solutionis « *plaga* » proponitur, et in nostro textu plagae poena infligitur: ergo haec plaga videatur obtinuisse, vel quod populus dimidiis sicutum penderet neglexerit (*Sanct.*), vel quod cundum David sibi reservaverit (*Mar.*), quod tamet avaritiae genus a Davidis inde longissime abest. Sed nota *Calm.*, eam dimidiis sicuti pensionem non lege perpetua fuisse sanctam, sed pro solo Moysis tempore, quando de extrumento tabernaculo ageretur. Neque de eius pensionis omissione, sed de ipsa numeratione conqueri videatur Ioab his I Par. verbis: « Quare hoc quaerit dominus meus, quod in peccatum reputatur Israël? » *Slupitius Severus* (Hist. lib. I), *Ambr.* (17. 982), *Greg.* (76. 344), *Est.*, *Menoch.*, *Gord.* rationem peccati primariam cernunt in ambitione seu ambitiosa curiositate. Idem *Calm.* : « Agnoscentum est igitur, peccatum hoc Davidis totum in imo viri corde sese continuisse. Fastus, ambitio, superbia et inane studium sciendi numerum subditorum sibi hominum ac virium suarum magnitudinem, amplitudinem imperii, quasi haec omnia accessio essent gloriae,

maiestatis ac famae nominis sui : haec Davidis crimina fuerunt et culpa ». Cui explicacioni optime aptantur verba Ioab I Par. : « Nonne, domine mi, omnes servi tui sunt ? » quae verba susceptum numerationem superfluum esse affirmant : quodsi superflua, ex quoniam tandem motivo nisi ambitionis profecta erat ? Obileit quidem *Sanct.* : « Si vanum tantum intercessisset gaudium, non puto, tam esset rex cum populo vexatus hostiliter, neque ulla appareret causa, cur ideo populus tam graviter mulcatur debuerit ». Ergo res penitus discutienda.

Numerationis is proximus erat finis, ut vires imperii accurate noscerentur, essentiae sufficientes ad bella contra exterios gerenda et rebelliones reprimendas. Sed aderat praeteracta promissio divina, ad quam I Par. 27, 23 explicite provocat, multiplicatum iri Israel sicut stellas coeli (Gen. 22, 17; 26, 4; Ex. 32, 13), dummodo Israel Deo serviret ; quae promissio eidem illi fini longe perfectius prospiciebat, dum numeratio divinae promissionis vel obliovicione vel difidientiam arguebat. Pulchre explicat *Duguet*, quomodo populus toti Victoriae elatus cooperit sua virtutis gloriose acta adscribere, contempnere inimicos, gloriarri de praeclaris gestis, obliisci Deum victoriae largitorem ; quos sensus publice profiteretur, approbarent atque in se ipsis augerent, unde iuste cum rege punitus fuerit populus. Rex vero florentem post tot bella reipublicae conditionem cum perditis fere initio regni rebus comparans, elevabatur animo ; instituit numerationem « contra promissiones Dei, contra fidem suam priorem » (*Malv.*). *Clair.* : « Coepit David animadvertere ostentationem illam virtutum, quarum censum fieri curaverat, fiducianaque, quae in illis collocabat, opertore Deo ingratas esse, cum Deus saepius ostendisset, se exiguis copiis adesse potius quam magnis, si modo exiguarum copiarum duces ad eius auxilium confluissent, atque in eo fiduciam collocarent ». Nec tamen, ubi hoc animadverterit, a copta numeratione destitit. *Peccatum erat elationis*, tam in rege quam in populo.

Dicta confirmantur ex iis, quae I Par. 27 hunc censum consequentia esse vel cum eodem connexa fuisse narrantur. Primum enim v. 1-15 constituit rex duodecim turmas, quarum singulæ viginti quatuor millia bellatorum numerabant, et singulis mensibus regi ministrabant. Ubi conferas I Reg. 13, 2 de Saul, qui sibi tria tantum virorum millia adsciverat, cosque, uti videtur, constanter eosdem. Quo efficiebat David, ut sufficiens sibi ingiter praesto esset contra inimicos externos et internos subito insurgentes praesidium, ut 288,000 (12 + 24,000) e virorum bellatorum numero sibi essent addicissimi, quod singulis quotidianis mensibus penes regem versarentur. Similiter v. 16-22 videtur David singulis tribibus duces praeposuisse, vel saltem eos, qui duces erant, approbasse : qua ratione rursum tribus sub suam plenius redigebat potestatem, v. 25-34 legimus administratores constitutos pro possessionibus regis. v. 32-34 enumerantur ii, qui primaria officia in aula regis obtinebant. Haec omnia exhibent, quod vocabulis recens efficit organizationem et centralizationem vocamus. Rex potestatem, quam sibi, si recte ageret, perduraturam Deus promiserat, mediis mere humanis contra adversa quavis munire contendebat. Etiam tempus, quo haec gesta sint, ex I Par. 27 conjectura assequi licet. Gesta fuerunt ex v. 33 vivo adhuc Achitophel, eoque fortasse suggestente. Imo inchoata fuere ex v. 7 superstite Asael,

fratre Ioab, ergo quamdiu David solo regno Iuda potiebatur. Eo iam tempore obtinuerat duodecim turmarum formatio, sed posteru tempore res constanter ad maiorem perfectionem est deducta ; primum rex sapienti ratione et fortasse ex prophetarum placito agebat, postea elatus in mediis humanis totam fiduciam reponere coepit, tandem de describenda universa natione cogitavit.

v. 9 « *Dedit ergo Ioab numerum descriptionis populi regi, et inventa sunt de Israel octingenta virorum fortium, qui educerent gladium, et de Iuda quingenta milia pugnatorum* ». I Par. 21, 5 habentur de Israel 1,100,000 et de Iuda 470,000; *Ios.* scribit de Israel 900,000 et de Iuda 400,000. Pugnatores numerabantur a viginti annis, cf. I Par. 27, 23 : « Noluit autem David numerare eos a viginti annis inferius ».

Numerorum diversa lectio probabilius h. l. utalias, orta est ex corruptione. Tamen h. l. etiam alia explanatio se offert. I Par. 27, 24 dicitur : « numerus eorum, qui fuerant recensiti, non est relatus in fastos regis David » ; aliis verbis, non existabat *authentica* ratio illorum numerorum. Qua animadversione numeri tam 2 Reg. 24, 9 quam I Par. 21, 5 descripti, ab ipso s. auctore declarantur non authenticati : ergo eorum falsitas, etiam si ipse auctor eos descripsit, veracitate s. textus non officit, eum s. auctor implicite declarat, se illos ex fontibus indubia auctoritatis non hausisse. Imo ea nos animadversio monet, s. auctores historiae regum, praeter documenta authentica, quandoque etiam documentis non authenticis esse usos : unde, quos ipsi numeros desribunt, supposita textus incorruptione, tum utique premere licet, quando ad fontes authenticos, v. g. fastos regios, provocant ; non ita, quando ex aestimatione hominum vel secundum documenta minus authentica loquuntur. Aliquid eismodi etiam *Male*. videtur esse subdoratus, scribens esse « forsitan diversas editas summas a diversis scribis, ut res agre ac permoleste peragebatur ». Similiter *Duguet*. — Nostros iam numeros quod attinet, audi *Calm.* : « Inter duos hosce numeros ingens adeo est discrimen, ut praestare videat alteraturum deserere, quam irrito conatu conciliacionem tentare : saepe enim invita concilia dubia et ambages angit, non renovet.... Si census Par. teneatur, quo sc. exhibentur quindecies centena ac septuaginta millia idoneorum ad arma, non comprehensis tribibus Levi et Benjamin, neque facile etiam servis advenisque, mulieribus, pueris, senibus : id utique summam hominum efficit adeo immannem, ut fidem omnem superet ». Stenius ergo numeris 2. Reg. 800,000 + 300,000 i. e. 1,300,000. — Calm. huic numero armatorum censet correspondere universorum civium (ergo etiam Levi et Benjamin numerum sex vel septem millionum ; cui fere consentit *Keil*. plus quinque millionibus statuens pro octo tribibus recensitis, quod viri viginti annis maiores fere quartam partem totius populi constituant. Habetis pro sola tribu Iuda duos milliones (600,000  $\times$  4). Habetis plus undecies millesimis incolis pro singulis leuncis quadratis, cum tota regio videatur fuisse 530 leucarum ; porro recole, tantæ molis urbes, quales nunc sunt, non extitisse, plures tractus desertos in ea regione fuisse, plures incolas Chananaeos etc. — Rursum totum illum censem

perficit loab novem mensibus et viginti diebus i. e., si simplicitatis gratia menses singulos triginta dierum statuanus atque sabbata et aliquos pro festis dies subtrahamus, circiter 243 diebus. Quem numerum si cum 1,300,000 comparcs, habebis plus 5,300 viros bellatores quotidianie descriptos, quibus correspondet numerus incolarum 21,200. Minime quidem putandum est, solum loab in describendis numeris fuisse occupatum, habebat adiutores non paucos; at strenue negotium egisse, quis infitabiliter? Non ausim dicere, numeros in 2 Reg. descriptos impossibilitate labore; at, eos non esse exaggeratos, improbable appareat, imprimis si recolamus regionis conditionem regnante Saulo, quando certe magna populi pars pascendi gregibus occupabatur, quod vitae genus densam populationem non admittit. Plura de hac quaestione vide apud Cler.

Aliqua narrationi addit 1 Par.; et quidem 21, 6 duas tribus non esse numeratas: « Nam Levi et Benjamin non numeravit, eo quod loab invitatus exsequetur regis imperium ». Rursum 27, 24 docemur, ipsam plagam fuisse causam, cur numeratio non fuerit completa (Tir.): « loab, filius Saruiae, cooperat numerare nec complevit, quia super hoc ira irruerat in Israel ». Tandem 27, 23: « Noluit autem David numerare eos a viginti annis inferiori, quia dixerat Dominus, ut multiplicaret Israel quasi stellas coeli ». Quibus verbis affirmat Duguet exprimi concessionem aliquam a Davide loabo factam. Urserset is, ut videtur, non decere populi censum institui, ubi Deus promisisset se multiplicaturum Israel quasi stellas coeli: viam medium ingressus David, neque integrum populum numeravit, neque tamen a recensendo bellatoribus abstinuit. Sed non effigit elationis et diffiditiam peccatum et poenam.

v. 10 « Percussit autem cor David eum, postquam numeratus est populus, et dixit David ad Dominum: Peccavi valde in hoc facto; sed precor, Domine, ut transferas iniquitatem servi tui, quia stulte egi nimis ». Cor eius palpitavit, cf. 1 Reg. 24, 6; haud dubium, quin ea anxietas iam ante completum censum incepit, et sensim increverit. Expressio nomen transversi peccati habet 12, 13.

כִּי in כִּי legebat etiam Chald., neque evidens est Vulg. LXX Syr. id ignorasse; potius einsmodi יְהֵא pleonasmeum ab usu linguae hebr. non penitus alborrore. 1 Par. 21, 7: « Displacuit autem Deo, quod insum us erat, et percussit Israel ». Non potest alter textus ex altero derivatus ostendti, sed alteruter s. auctor libere antiquiore documento usus est.

v. 11 « Surrexit itaque David mane, et sermo Domini factus est ad Gad prophetam ei » — omittit copulam — « videntem David, dicens: » v. 12 « Vade et loquere ad David: Haec dicit Dominus: Trium tibi datur optio; elige unum, quod volueris ex his, ut faciam tibi ». Surrexit etc.: hoc incisum, licet 1 Par. desideretur, tamen h. I. in omnibus extat textibus, nequaquam cum Wellh. expungendum. « Eam noctem videtur rex insomnem habuisse, plenam perturbationis et metus » (Sanct.). Cur prophetae appellatio 1 Par. 21, 9 desideretur, praeter s. auctoris

placitum ratio assignari vix potest. Expressionem explicat Sanct.: « quo David sic utebatur familiariter, ut propheta aut videns vocaretur Davidis ». Calm.: « Destinatus videtur a Deo tamquam familiaris regis propheta, in omnibus rebus consulendus ».

Datur optio: ita Vulg. h. I. et 1 Par. 21, 10, ubi pro נָבָל elevans legitur נָבָל expandens. Voces hebr. facile commutari potuerunt; ceterum, dare optionem utique respondet, cum res options gratia sive elevari sive expandi possit, ut melius video. Hinc correctione textus abstinentendum.

v. 13 « Cumque venisset Gad ad David, nuntiavit ei dicens: Aut septem annis veniet tibi fames in terra tua, aut tribus mensibus fugies adversarios tuos et illi te persequentur, aut certe tribus diebus erit pestilenta in terra tua. Nunc ergo delibera et vide, quem respondeam ei, qui me misit, sermonem ». Propheta non solum defert Dei verbum ad hominem, sed etiam hominis responsum ad Deum.

Septem annis: LXX h. I. et 1 Par. 21, 12 omnes habent tres, cui lectioni quadam tems etiam favere videtur contextus: « tribus annis... tribus mensibus... tribus diebus » (Houb., Calm.). Altitude, intuitu symmetrie cum aliis membris, facilis potuit septem deteriorari in tres, quam tres in septem. Is. legebat septem. Lectionem oportebat primus eandem esse h. I. et 1 Par. — Fugies et 1 Par. 21, 12 legebat Vulg. LXX uti h. I. טַבָּע; quod ibi habent Masor. סְבָבָה peribis, parum quadrat et corruptione faciliter oriri poterat. — Et illi te persequenter. Vulg. LXX h. I. correctus videatur legisse מְבַקֵּשׁ ut pri Masor. דְּבַקֵּשׁ; cf. 1 Par. 21, 12 Masor. LXX « et gladium nimicorum tuorum ad assequendum ». Vulg. « et gladium corum non posse evadere ». — Aut certe tribus diebus etc. Haec amplificat 1 Par.: « aut tribus diebus gladium Domini et pestilentiam versari in terra, et angelum Domini interficere in universis finibus Israel ».

v. 14 « Dixit autem David ad Gad: Coarctor nimis; sed melius est, ut incidam in manus Domini, multae enim misericordiae eius sunt, in manus hominum ».

